



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. VIII. Consuetudo peccandi, v.g. formicandi, per se loquendo, non est explicanda in Confessione. Consuetudo planè inadvertenter jurandi & pejerandi, ordinariè explicanda est, è quòd sæpè ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

CONCLUSIO VIII.

Consuetudo peccandi, v. g. fornicandi, per se loquendo, non est explicanda in Confessione. Consuetudo planè inadvertenter jurandi & pejerandi, ordinariè explicanda est, eò quòd sæpè advertentia, aut scandalum interveniat.

Consuetudo formaliter, est quædam frequentia operandi vel omittendi eodem modo, & non distinguitur ab ipsis actibus vel omissionibus frequenter repetitis. Dico, Formaliter; quia causaliter dici potest, effectus consuetudine introductus: quo modo sumitur consuetudo, quando ab Isidoro lib. 5. Etymol. c. 3. describitur (& refertur dist. 1. c. 5.) Consuetudo est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum desit lex. Hic enim ipsa lex, consuetudine introducta, consuetudo nominatur. Sic etiam causaliter habitus animi, per consuetudinem introductus, consuetudo solet nominari: & ratione habitus acquisiti, inclinantis per modum naturæ ad similes actus, consuetudo solet dici altera natura.

Impræsentiarum loquimur de consuetudine formaliter, quam Aliqui apud Dianam p. 3. tract. 7. resol. 15. affirmant explicandam in Confessione; sic ut hodie fornicans ex inveterata consuetudine, id est, postquam iteratis vicibus pluries fuerat fornicatus, non satisfaciat confitendo solum peccatum hodiernum; sed iteratò debeat præcedentes fornicationes explicare. Fundant se illi Auctores, quia frequentia fornicandi est occasio proxima novæ fornicationis: ponere autem vel retinere occasionem proximam peccandi mortaliter, est peccatum mortale, quod debet explicari.

Dicendum (inquit Fagundez præcept. 2. l. 4. c. 4. n. 7.) consuetudinem atque reincidentiam sæpè constituitur hominem in quodam morali periculo & facilitate peccandi: & ideo moraliter loquendo semper hujusmodi circumstantia necessarîd erit confitenda, si Confessor de illa pœnitentem interroget. Quòd si non interroget, tenetur pœnitens eam declarare, quantum necesse est, ut Confessarius intelligat statum suæ conscientie. Quamobrem, si hujusmodi statum explicare non possit, nisi explicando consuetudinem relati-

129. Quid sit consuetudo?

Aliqui dicunt consuetudinem esse explicandam in Confessione.

130. Probatio est Fagundez.

posse permittere sui corporis violationem per copulam carnalem, dummodò absit periculum consensus in delectationem, etiam sine ullo peccato luxuriæ. Ita de tactibus inhonestis (quorum eadem est ratio) docet Lessius de Justitia & Jure lib. 4. c. 3. n. 64. Adeoque tali casu posset consulere alteri, ut potius se invitam violet, quàm occidat: hoc enim non est consulere peccatum, sed abstinentiam à majori peccato, si reverà stuprum minus peccatum sit, quàm homicidium; de quo aliquis posset dubitare, cum homicidium tantum opponatur justitiæ; stuprum autem justitiæ & castitati.

Suppono secundò, specialem malitiam stupri in casu proposito oriri ex injusto metu, quo virgo cogitur ad consentiendum: illum autem metum injustum simpliciter esse involuntarium virgini consentienti, nec ad illum ullatenus cooperari, præbendo alteri materiam fornicationis seu stuprationis; utpote qui præcessit consensum virginis, & oblationem corporis ad fornicandum: adeò ut, antequam virgo consentiat, jam posita sit malitia externa stupri, quâ distinguitur à simplici fornicatione; id est, violentia seu illatio metus ad copulam extorquendam, à qua violentia copula subsequens denominatur stuprum; alioquin appellanda simplex fornicatio.

Itaque virgo ex metu mortis positivè consentiens in copulam & delectationem ejus non cooperatur stupro quâ tali, sed tantum simplici fornicationi: id est, non cooperatur malitiæ stupri, nec illam intendit, aut in eam consentit, sed positivè dissentit, nolendo injustum metum seu violentiam priùs positam; sed tantum cooperatur malitiæ simplicis fornicationis, quæ, antequam ipsa præbebat corpus suum violandum, nondum exterius erat posita, nec posita fuisset, ipsa non præbente suum corpus.

Et ideo si stuprator est conjugatus, committit adulterium; quia ipsa non præbente corpus suum, malitia externa adulterii, per quam distinguitur à simplici fornicatione, nondum erat completa & perfecta, sed solum inchoata; adeoque ipsa meritò dicitur ad eam cooperari, quamvis ex metu. Porro malitia stupri, id est, injustitia, per quam distinguitur hoc peccatum à simplici fornicatione, completa erat & perfecta ante copulam, quæ non dicitur violenta vel injusta, nisi ex metu priùs injustè incusso ad copulam extorquendam. Licet ergo cooperetur talis virgo ad peccatum, quod denominatur stuprum, non tamen ad malitiam stupri; & ideo non debet illam explicare in Confessione. Ita sentio, salvo meliori, & transeo ad circumstantiam Consuetudinis, de qua instituitur

ac controversia, 127. ex metu mortis positivè

bendi frequenter in id peccatum, tenetur eam consuetudinem declarare. Unde illi, qui peccatum mollicitie patiuntur propriis sese manibus polluentes, tenentur huiusmodi consuetudinem & reincidentiam explicare, cum aliter non possint statum suæ conscientie aperire, quam huiusmodi consuetudinem declarando: eisquæ vix aliud remedium efficacius ac præsentius invenies, quam si frequentes Confessiones cum uno eodemque Confessario, bis aut ter in hebdomada, si opus fuerit, injungas. Hæc ille.

131. *Contra arguit Auctor primò.*

Sed quæro ego; quot fornicationes requiruntur, ut consuetudo fornicandi constituitur hominem in periculo proximo (nam periculum remotum non est peccatum mortale) rursus fornicandi? Num sufficiunt duæ? Num quatuor requiruntur? An fortè sufficiunt octo, aut requiruntur decem? Difficillimum sanè est discernere & determinare, quando consuetudo perveniat ad eum gradum, ut inducat jam occasionem proximam aliorum sequentium peccatorum: & ex 100. hominibus non est unus, qui attendat periculum istud proximum peccati sequentis; ergo moraliter loquendo huiusmodi circumstantia (si ita placeat eam appellare) non erit necessariò confitenda, estò etiam Confessor de illa pœnitentem interroget; quia hodierna fornicatio, quam confitetur, nec specificam, nec numericam accipit malitiam ex fornicationibus præcedentibus aut subsequenter, per se loquendo; ergo explicando hodiernam fornicationem, explicat totam malitiam specificam & numericam illius peccati.

132. *Secundo.*

Et dato, quòd aliquis adverteret, per hodiernam fornicationem se exponi periculo proximo fornicationis crastinæ (quod planè per accidens est) sufficienter confiteretur, dicendo: *Fornicatus sui, & exposui me periculo proximo iterum fornicandi*; absque eo, quòd præcedentes fornicationes explicaret, quæ (ut suppono) semel explicatæ fuerunt, & directè absoluta. Et aliunde fieri potest, ut semel fornicando, exponat se periculo proximo iterum fornicandi; & per decimam fornicationem non exponat se periculo undecimæ fornicationis; ergo consuetudo per se non est explicanda.

Lubens admitto; illis, qui peccatum mollicitie patiuntur, propriis manibus sese polluentes, efficacissimum remedium esse, si frequentes Confessiones cum uno & eodem Confessario faciant; sed nunquid ideo remedium necessarium? Pervium est, quòd non. Et gratis concessio, quòd esset necessarium; si ego illud sciam, & velim adhibere, quid opus est, ut Confessarius illud injungat? Ergo illa reincidentia non est necessariò explicanda in Confessione, tamen Confessarius de illa interroget, præcisè ad illum finem, ut ipse injungat frequentem Confessionem cum uno & eodem Confessario.

Igitur manet vera prima pars Conclusionis, quam tenent Suarez, Valquez, Reginaldus Bonacina & Alii apud Dianam supra; & clarè vocat Lugo disp. 16. n. 202. nisi Confessarius interroget: Quia (inquit) peccata illa, quibus comparata est consuetudo; jam sunt explicata in præcedenti Confessione; peccatum autem præsens non aggravatur; immò videtur minus grave propter consuetudinem & habitum præcedentem.

Sed tamen hoc ipsum non caret difficultate; quia consuetudo videtur esse speciale peccatum distinctum à peccato, quod ex ipsa consequitur: quod non declaratur, nisi seorsim explicetur; nam ponere vel retinere occasionem proximam peccandi mortaliter, est peccatum mortale, quod debet explicari in Confessione. Hæc ille.

Verùm huic difficultati jam est satisfactum. Tantùm addo, consuetudinem formaliter nihil esse distinctum ab ipsis peccatis: adeoque qui dolet efficaciter de peccatis, hoc ipso tollit consuetudinem; neque aliter tollere potest, nisi seriò proponendo emendationem.

In quo apparet diversitas inter hunc casum, & alias occasiones proximæ peccandi, v. g. quòd pœnitens maneat in eadem domo cum scemina &c. cum enim hæc occasio sit aliquid distinctum ab ipsa fornicatione; explicando fornicationem; non dicit se dolere, aut se velle deserere occasionem peccandi, id est, exire ex ea domo, aut certè meretricem ex illa ejicere; sicut in nostro casu, ubi occasio est ipsum peccatum, de quo doleo, & quod propono seriò amplius non committere.

Quod attinet ad interrogationem Confessarii, de hæc egimus sect. 4. concl. 11. ubi ostendimus vel esse obligationem confitendi consuetudinem ante interrogationem, vel non esse obligationem confitendi, tamen Confessarius interroget. Videantur ibi dicta; & nota particulam illam: *Per se loquendo*, quam idcirco posui in Conclusionè, quia per accidens potest esse necessaria explicatio consuetudinis, maxime rogante Confessario; ut nimirum homines imperiti & passione excæcati doceantur cavenda occasione proxima peccati quam ignorant, & remedium, quod sibiipsis dare non possunt; à Confessario accipiant.

Major difficultas esse potest de consuetudine, quæ est causa faciendi postea similes actus absque sufficienti deliberatione vel adverterentia, de qua loquitur secunda pars Conclusionis. Et ratio difficultatis est; quòd similes illi actus contingant absque novo peccato, veluti dum ebrius profert verba contumeliosa. Sicuti ergo non est obligatio vitandi ebrietatem ob huiusmodi contumelias prævisas; ita non videtur esse obligatio vel non inducendi consuetudinem inadverterentem planè pejerandi, vel inducendam consuetudinem expellendi.

Econtra

Econtra verò est obligatio vitæ ea & in ea præviti fornicatio & sim quando sunt, defectu libertatis jussimodi actiones centiam objectiva & æquale damn non liberum, at tio in ebrietate tuti castitatis, a seque deliberata, similibi profectò r vel blasphemie consuetudine, et aut blasphemandi exteriù sonent eum sensum generent turpitudiniam. Ergo quilibi consuetudinem, si si nondum induc specialis obligatio deat in ea secuti nem & similia pe

Proinde sicut graviter, non ta sed etiam contra ni similiter induc tollens consuetu randi, peccet gram proprie dicto (intentionem jur usurpando ea ver audientibus signa Etenim illa i juria Dei, & vna: quippe ad manum perinde ramenti falsi ab ferre cum vero a animi ex modo possit.

Unde audientur, auditis illis tia, quæ exteri ea profert ex talis, retinendo se periculo pro vanum, saltem litiam objectiva none.

Nec contrad ibi: Si fiat per que frequenter fia quod sit plenè deliberatione) & quitat illud (non mandum, quam illud peritium i

Econtra verò apparet esse obligatio, sicuti est obligatio vitandi ebrietatem, quando ex ea & in ea prævidentur secutura homicidium, fornicatio & similia peccata; est pro tunc, quando sunt, non sint formaliter peccata, defectu libertatis. Probatur: quia sicuti hujusmodi actiones retinent malitiam seu indecentiam objectivam, æqualis enim est injuria, & æquale damnum infertur per homicidium non liberum, atque per liberum: & fornicatio in ebrietate tam essentialiter repugnat virtuti castitatis, atque fornicatio plenè & perfectè deliberata, ut omnibus est manifestum; simili profectò ratione verba juramenti falsi vel blasphemæ, est inadvertenter ex mala consuetudine, etiam absque animo pejerandi aut blasphemandi exterius prolata, dum tamen exterius sonent blasphemiam aut perjurium, & eum sensum generent apud audientes, continent turpitudinem & indecentiam objectivam. Ergo quilibet tenetur tollere illam consuetudinem, si inducta est: aut non inducere, si nondum inducta est; sicut quilibet tenetur speciali obligatione non se inebriare, si prævideat in ea secutura homicidium, fornicationem & similia peccata.

Proinde sicuti talis se inebriando peccat graviter, non tantum contra temperantiam, sed etiam contra justitiam aut castitatem; quidni similiter inducens consuetudinem, aut non tollens consuetudinem sic inadvertenter pejerandi, peccat graviter, si non peccato perjurii propriè dicto (quia illud videtur requirere intentionem jurandi) certè peccato sacrilegii, usurpando ea verba, quæ exterius sonant, & audientibus significant juramentum rei falsæ?

Etenim illa ipsa fictio perjurii est gravis injuria Dei, & valde perniciosa societati humanæ: quippe ad tollendam commercium humanum perinde est proferre verba externa juramenti falsi absque animo jurandi, & proferre cum vero animo jurandi, si ille defectus animi ex modo loquendi nullatenus colligi possit.

Unde audientes tam graviter scandalizantur, auditis illis verbis prolatis ex inadvertentia, quæ exterius non apparet, ac si audirent ea proferri ex perfecta deliberatione. Ergo talis, retinendo illam consuetudinem, exponit se periculo proximo assumendi nomen Dei in vanum, saltem exterius, quod sufficit ad malitiam objectivam. Ita Nonnulli pro hac opinione.

Nec contradicit Scotus 3. dist. 39. q. 1. n. 4. ubi: si fiat perjurium in deliberatè, quantumcumque frequenter fiat, cum actus meritorius requiratur, quod sit plenè humanus (& hoc est esse ex plena deliberatione) & actus demeritorius non minùs requiratur illud (non enim est Deus promissor ad condemnandum, quàm ad parcendum) potest dici, quòd illud perjurium in deliberatè, etiam quotiescumque

iteratum, non est peccatum mortale. Etenim non loquitur de malitia objectiva, sed formali, ut sensus sit: Perjurium in deliberatè, etiam quotiescumque iteratum; non est peccatum mortale formaliter & in se; bene in sua causa: sicut homicidium, in ebrietate commissum, non est formaliter & in se peccatum mortale; quia formaliter & in se non est liberum: nihilominùs est peccatum mortale in sua causa, scilicet in ebrietate; quia in sua causa est liberum, ut suppono.

Notandum autem; quod ibidem atexit Doctor Subtilis: Sicut dictum est supra (dist. 33.) de virtuoso, quòd habet brevem deliberationem, quæ non videtur deliberatio; quia habet prudentiam magnam, quæ promptus est ad deliberandum, quasi in tempore imperceptibili: ita possit aliquis ex habitu opposito acquirere facilitatem deliberandi, propter de opposito; & quasi in tempore imperceptibili. Et talis deliberatio esset sufficiens ad rationem peccati, sicut est sufficiens ad rationem meriti. Non igitur distinguo quantum ad rationem peccati mortalis inter voluntatem & frequentiam perjurii, sed inter deliberationem & in deliberationem: ita quòd deliberatio concurrrens reddit peccatum mortale; & hoc sive semel, sive quotiescumque: & in deliberatio excusat etiam, sive semel, sive quotiescumque.

Ex quibus verbis patet, quare dicatur in Conclusionè: Eò quòd sæpe advertentia interveniat. Nam illi, qui affecti sunt pejerare seu blasphemare, sæpiùs advertenter pejerant aut blasphemant; & per consequens, etiam formaliter peccant, tametsi ipsimet non percipiant se advertenter & deliberatè id facere: adeò; inducendò consuetudinem, aut non amovendò inductam; exponunt se periculo non solum peccandi materialiter, sed etiam formaliter (quod indubiè peccatum mortale est in Confessione explicandum) estò hic & nunc deliberatio desit; & per consequens hic & tunc non peccent formali peccato perjurii.

Ceterùm ad argumentum pro contraria opinione, desumptum ex verbis contumeliosis, in ebrietate prolatis, quæ nec in se, nec in sua causa censentur peccaminosa; Respondet Lugo disp. 16. n. 207. Contumelia si ab ebrio proferatur absque usu rationis, non est contumelia, nec habet malitiam objectivam contumelie: quia non sunt verba humana; sed perinde, ac si à pluitaco proferrentur. Quod idem est de juramento, in ebrietate, somno vel amentia prolato, quod, propter eandem rationem non retinet malitiam objectivam; & ideo nec contumelia, nec perjurium, in ebrietate aut somno proferenda, etiam si præviderentur, essent peccata in se vel in causa. Aliter tamen dicendum est de juramento, quod non in ebrietate aut somno proferatur, sed ab habente rationis usum, sine advertentia tamen actuali. Hæc Cardinalis.

Sed si audivisset (inquit quidam Auctor) nostros

Scotus.

138.

Explicatur verba Conclusionis.

139.

Respondetur ad argumentum pro contraria opinione ex Lugo.

137.

Etiam non contradicit Scotus.

Conclusio... Reginaldus... Confessarius... habitum præ... ret difficultates... peccatum... seorsim expli... ere occasione... est peccatum in Confessione... est satisfactum... formaliter ni... catis: adeoqu... hoc ipso tolli... tollere potest... ionem... er hunc calum... peccandi, v... em domo cum... catio sit aliq... ne; explicando... ere, aut se velle... id est, exire ex... ex illa egerit;... io est ipsum pecc... ed propono ferid... onem Confessi... l. 1. ubi ostend... confitendi con... em, vel non esse... est Confessarius... ; & nota partic... am idcirco po... accidens potest... uetudinis, ma... mimum homin... ti doceantur de... peccati quam... d sibiipsis dare... iant... de consuetudi... à similes actus... e vel advertent... pars Conclusio... q. d. similes... novo peccato... contumeliosa... vitandi ebrieta... prævisas; ita... non inducendi... lanè pejerandi... pelliendi... Econtra

nostros nautas & aurigas, fortè aliter loqueretur. Sanè ipsorum juramenta & blasphemias (quæ apud aliquos satis frequentes sunt) non tam graviter ab audientibus accipiuntur, sed ferè sicut voces pſittacorum. Et quis dixerit, illos omnes esse in statu peccati mortalis ob consuetudinem, in qua etiam moniti permanent?

140.
Sententia
Joan. San-
ciii,

Joannes Sancius in Selectis disp. 20. n. 6. docet, Juramenta omnino indeliberata, orta ex consuetudine jurandi, nec in seipsis esse peccata; nec in sua causa; sicut contumelia prævisa ab ebrio dicenda in ebrietate, nec in se, nec in sua causa peccatum contumeliae est, utpote ex sua natura requirens, quòd à ratione utente proferatur.

& Layman.

Layman autem Theol. Moral. l. 1. tract. 2. c. 3. n. 6. in fine sic ait: Postquam verò penitens, pravam consuetudinem efficaci proposito retractavit, tunc consequentia falsa juramenta, & verba blasphemias ex eadem consuetudine, quasi naturali & necessario impetu provenientia, non imputabuntur ad peccatum; cum neque sint voluntaria in se (sicut suppono) neque in sua causa, putà consuetudine; quippe quæ ab ipso per propositum retractata, non amplius voluntaria censeri debet. Hæc ille.

141.
Sententia
Diane,

Ex his (inquit Diana part. 3. tract. 5. Miscel. resol. 62.) deduxit Sancius ubi supra n. 7. quòd Doctores, adferentes negandam esse Absolutionem habenti consuetudinem jurandi, intelligendi sunt de habente consuetudinem jurandi ex advertentia; non autem quando proferuntur juramenta inadvertenter, cum tunc (ut diximus) non sint peccata, quantumcumque ex pessima consuetudine nascantur. Et hæc omnia (prosequitur Diana) providus Confessor in mente habet: nam per illa à multis interrogationibus & scrupulis immunis erit. Faciant tamen Confessarii in casu accusare penitentem de negligentia in extirpanda prava consuetudine jurandi, & de reliquo aliud non curent. Ita Diana.

& Auctoris.

Hoc ipsum & ego sentio, & est communissima sententia: sed Sancius aliquid plus videtur velle; nam si illa juramenta indeliberata, nec in seipsis (ut plerique docent) sint peccata, nec in sua causa (quod plurimi negant) non oportet Confessarium esse sollicitum, ut penitens accuset se de negligentia in extirpanda consuetudine jurandi; sicuti non debet esse sollicitus, ut penitens accuset se de ebrietate, ratione contumeliae prævisæ in ebrietate.

142.
Disparitas
inter jura-
mentum
falsum in
ebrietate, &
ex inadver-
tentia.

An ergo sentiendum cum Sancio? Dico, me non videre aliam disparitatem inter juramentum falsum, prolatum in ebrietate, & juramentum falsum, prolatum ab habente usum rationis, absque ulla omnino actuali advertentia, quàm, quòd homines ebrietatem noverint (ut suppono) & ideo non scandalizentur; ignorent autem actualem inadverten-

tiam, & ideo scandalizentur. Deinde, quòd homo ebrius numquam juret cum advertentia: at verò juramentum ex consuetudine sapius sit deliberatum deliberatione sufficienti ad peccatum mortale, etsi jurans minus advertat suam deliberationem, ut patet ex Scoto supra allegato.

Secluso ergo periculo advertenter pejerandi, & secluso periculo scandali, id est, supposito, quòd audientes cognoscat inadvertentiam & indeliberationem pejerantis, dico, nullam esse differentiam inter perjurium, prolatum in ebrietate, somno vel amentia, & inter perjurium, prolatum ab habente usum rationis planè inadvertenter ex inveterata consuetudine: adeoque tali casu non magis explicandam esse illam consuetudinem, quàm ebrietatem, cum unum perjurium non sit magis voluntarium in sua causa, quàm aliud; neque unum præ alio habeat malitiam objectivam.

Quin immò, audio contradicentem, nam prolatio formæ sacramentalis, si fiat ab ebrio, planè invalida est: si autem ab homine, utente ratione, actualiter distracto, cum attentione & intentione virtuali, valet. Ergo sicut in hoc casu, una prolatio formæ sacramentalis, præ alia habet bonitatem objectivam; ita in nostro casu, unum perjurium præ alio habebit malitiam objectivam.

Respondeo: Si hoc argumentum aliquòd probaret, utique probaret etiam malitiam formalem, à qua non abhorret Scotus supra; immò quasi supponit illam, quamvis negat esse malitiam mortalem, defectu plenæ deliberationis: *Sifiat* (inquit) *perjurium indeliberatè* &c. Vide supra. Admissa itaque attentione virtuali in eo, qui pejerat ex consuetudine, quamvis hoc perjurium foret actus humanus sufficiens ad peccatum veniale; eadem quia non plenè humanus, id est, ex plena deliberatione, non foret peccatum mortale: & per consequens, nec consuetudo foret peccatum mortale, etsi foret occasio proxima illius perjurii; cum occasio peccati non possit habere majorem malitiam, quàm ipsum peccatum, à quo (ut suppono) accipit totam suam malitiam, in quantum occasio est.

Deinde Respondeo; consuetudinem se solà non arguere virtuales attentionem vel intentionem in pejerante, quantumcumque enim Sacerdos esset assuetus proferre formam sacramentalem, nisi præcessisset expressa & actualis attentio & intentio conficiendi Sacramentum nullatenus ratione consuetudinis virtualiter attendere vel intendere diceretur; ac proinde nullatenus conficeret Sacramentum, si pronuntiaret verba formæ planè actualiter distractus.

Et quamvis verba illa sint aliquo modo humana, quia prolata ab homine, habente usum

usum rationis, quod loquar) non habentem in morali & actuali attentio & non humana, & per mentum. Ergo consuetudo pejerandi potest facere, ut consuetudine, in malitiam objectivam quo verba prolata propter consuetudinem vel intentionem, in seantur verè humanam malitiam aliquam

145.
Videtur
quod
pejerans
non
habeat
malitiam

Putas, si homo ter proferet verber legendo ex libro blasphemum aut Comœdia, illa verjectivam blasphemiam quia non putas. mines sciunt illa blasphemandi vel ne, si homines foderet nec actualiter perjuri vel blasphemie profertur profertur tiam objectivam quia acciperent il profertur.

146.
Videtur
quod
pejerans
non
habeat
malitiam

Et idem est d ignorat substantiam forma verborum meam; contineri ideo alluefactus sine scrupulo passibus, ex hypothesi ignorantiam profertur illa verba in ratiplittaco profertur malitiam objectivam

Dico: Qui inrantia vincibilisvam; immò & minuat peccatum ex mortali faciat ut patet ex dicto quæ erit de circu

CONC

Peccatum ex ter culpa ciei cum miffo in d

usum rationis, quam humanitatem (ut sic loquar) non haberent, prolata ab ebrío; equidem in morali estimatione, nisi præcesserit æqualis attentio & intentio, censentur potius non humana, & ideo non conficiunt Sacramentum. Ergo confimiliter in casu nostro, consuetudo pejerandi planè inadvertenter, non potest facere, ut verba illa, quæ, seclusâ consuetudine, in morali estimatione forent non humana, & per consequens nullam haberent malitiam objectivam, eodem planè modo, quo verba prolata ab ebrío: ut (inquam) propter consuetudinem, seclusâ aliâ attentione vel intentione, in morali estimatione censentur verè humana, & per consequens habere malitiam aliquam objectivam.

Putas, si homo, utens ratione, materialiter proferret verba blasphemiæ vel perjurii, legendo ex libro, vel representando aliquem blasphemum aut perjurum in Tragedia seu Comœdia, illa verba haberent malitiam objectivam blasphemiæ vel perjurii? Scio, quia non puras. Sed cur hoc, nisi quia homines sciunt illa verba non proferri animo blasphemandi vel pejerandi? Ergo pari ratione, si homines sciunt, me nullatenus attendere nec actualiter nec virtualiter ad verba perjurii vel blasphemiæ; quando ea ex consuetudine profecto, nullam haberent malitiam objectivam perjurii vel blasphemiæ; quia acciperent illa perinde, ac si à pſittaco proferrentur.

Et idem est de homine, qui invincibiliter ignorat substantiam juramenti, v. g. sub hac forma verborum: *Per Deum*, vel: *Per animam meam*, contineri verum juramentum, & ideo assuefactus prolationi istorum verborum, sine scrupulo passim ea proferret; nam audientibus, ex hypothesi, quòd sciant invincibilem ignorantiam proferentis, non plus significant illa verba in ratione juramenti, quàm si à pſittaco proferrentur; & ideo nullam habent malitiam objectivam.

Dico: *Qui invincibiliter ignorat*; quia ignorantia vincibilis relinquit malitiam objectivam; immò & formalem: & licet per se minuat peccatum; numquam tamen ita, ut ex mortali faciat veniale, si ipsa sit mortalis, ut patebit ex dicendis Conclusionibus sequenti, quæ erit de circumstantia ignorantia.

CONCLUSIO IX.

Peccatum ex ignorantia mortaliter culpabili, est ejusdem speciei cum peccato scienter commisso in eadem materia. Ignorantia venialiter culpabilis, facit ex peccato mortali veniale.

147. Incipio ab ultima parte & casus sit iste: Aliquis ex ignorantia venialiter culpabili omittit audire Missam die Dominicâ vel festivâ; peccat tantùm venialiter, estò peccaret mortaliter, si scienter omitteret, vel etiam ex ignorantia mortaliter culpabili.

Voco ignorantiam venialiter culpabilem, quando adhibita fuit mediocri diligentia ad cognoscendam veritatem; hæud equidem plene sufficiens pro qualitate negotii. Ignorantia mortaliter culpabilis est, quando nequidem mediocri diligentia adhibita fuit; sed ferè nulla, vel ferè nulla.

Dico: *Pro qualitate negotii*; quia Sanchez lib. 1. in Decal. c. 17. n. 20. existimat peccare esse in jure humano, ut ignorantia, quæ esset mortaliter culpabilis respectu juris divini & naturalis, ac proinde non excusaret à mortali ejus transgressionem; non censetur talis respectu juris humani, ac proinde excuset à mortali ejus violationem, duplici conditione concurrente. Prior est, ut violans sit in ea animi præparatione, ut si nosset, eam causam non esse justam, minimè id jus violaret. Posterior, ut illa ignorantia non sit crassa aut supina, qualis esset; quando aded modica diligentia in ea causa examinanda est adhibita, ut ferè nulla reputetur, & dolo æquiparetur.

Et ratio est, suavitas obligationis juris humani non nimio rigore obligantis, nec tantam diligentiam in causis excusantibus poscentis, quantum jus naturale exigit: sed benigniorem in animæ favorem admittit interpretationem, deficiente transgressorum fraude, utpote qui aliquali bonâ fide se excusatos existimant. Hactenus Sanchez. Itaque diligentia, quæ respectu legis humanæ censeri posset mediocri; respectu legis divinæ aut naturalis foret ferè nulla.

His suppositis, ultima pars Conclusionis est communis. Ratio communiter assignatur: quia tunc peccatum perpetratum non est nisi imperfectè & venialiter volitum, quandoquidem non sit aliter volitum, quàm sit volita ignorantia. Sicut ergo, si quis invincibiliter prorsus putaret, fornicationem esse licitam ad tuendam vitam, nullatenus peccaret fornicando ob eam causam: pari ratione, si venialiter ignoraret, esse illicitam, solum peccaret venialiter propter imperfectam cognitionem, & per consequens imperfectam voluntatem illius peccati.

Proinde hæc ignorantia necessariò explicanda foret in Confessione, tanquam circumstantia faciens peccatum veniale ex mortali; adeoque ex materia necessaria materiam liberam. Igitur peccatum proveniens ex tali ignorantia, vel non est confitendum, vel est confitendum

Ccccc 2 sitendum

147. Causa ultima pars Conclusi.

148. Datur moralis respectu juris divini, quæ non est talis respectu juris humani ex Sanchez.

149. Probatur ultima pars Conclusi.

Deinde, quod cum advertentia ex consuetudine ratione sufficienti... Putas, si homo, utens ratione, materialiter proferret verba blasphemiæ vel perjurii, legendo ex libro, vel representando aliquem blasphemum aut perjurum in Tragedia seu Comœdia, illa verba haberent malitiam objectivam blasphemiæ vel perjurii? Scio, quia non puras. Sed cur hoc, nisi quia homines sciunt illa verba non proferri animo blasphemandi vel pejerandi? Ergo pari ratione, si homines sciunt, me nullatenus attendere nec actualiter nec virtualiter ad verba perjurii vel blasphemiæ; quando ea ex consuetudine profecto, nullam haberent malitiam objectivam perjurii vel blasphemiæ; quia acciperent illa perinde, ac si à pſittaco proferrentur.

